Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitvlatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

De prima Belgarum ecclesia inter Tungros. Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Visual Library

CHRONICA SANCTORVM BELGII RECAPITVLATIO.

VERùm ea quæ temporum confuſione latius digeſta ſunt, per temporum ſucceſſionem breuiter recapitulare placuit, vt ex compendioſa ſubſequentium lectione, Belgarum eccleſiaſticus ſtatus agnoſci poſſit, potiſſimum quo-ad initia & incrementa.

De prima Belgarum eccleſia inter Tungros.

CAPVT I.

TVngri igitur, inter Belgarum populos primi, vſque ad Treuirorum fines habitarunt. *Tungri.* Quare mirum non eſt, ſi nouem ſancti epiſcopi Treuirenſes, recenſeantur vſque ad Seruatium, etiam Tungrenſes epiſcopi, hoc videlicet ordine, Maternus, diſcipulus ſancti Petri, magiſter Simmetrij martyris: Nauitus, Marcellus, Metropolus, Seuerinus, Florentius Martinus, Maximinus, & Valentinus. Qualis autem ſub his epiſcopis fuerit Tungrorum in fide catholica ſtatus, ad nos non peruenit.

Sanctus autem Martinus inter hos ſpecialiter *Hasbani.* celebratur Hasbanorum Apoſtolus, cuius obitus ponitur anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto.